



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm S. Marcelli Centurionis, qui coronatus est anno Christi 298.  
Marcellini Pap. 2. Dioclet. & Maxi. Imp. 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

permotus Dux Pipinus parens B. Gertrudis sc̄rum corpus ē tumulo leuauit, locumque maxima prædiorum multitudine ditauit, sancrum virginum monasterium illic instituens quibus Presbyteri ex monasterio S. Bauonis, quod in vicino monte Calfmont dicto sū erat, diuina mysteria administrabant. Sed hoc tempore neutrum subsistit monasterium: Virginumque bona in Leodienses S. Bartholomai sunt translata canonicos.

Vide Tam.

z. Annal. C.

Baron. &c

Not. ad Mar.

z. yr. Rom.

30. Octob.

MARTYRIV M S. MARCELLI CENTURIONIS, qui coronatus est anno Christi 298. Marcellini Pap. 2. Dioclet. & Maxi. Imp. 15.

*Præclaras.  
Marcelli  
confessio.*

*Vitis gesta-  
men est cen-  
turionis: quo  
in delinque-*

*re cōuiua, huiusmodi cōfessionē, re-  
iecto cingulo militari, clara voce corā ipſis le-  
gionis signis edidit: Iesu Christo xterno Regi  
milito; amodò Imperatoribus veltris milita-  
re recuso; sed & deos vestros ligneos lapides  
que adorare cōtēno. Milites ea cōfessionē stu-  
pefacti, cōfestim iniectis ei vinculis, in carce-  
rē abduxerūt: remq; quæ cōtigerat, Præsidū  
ciarunt. Is erat Fortunatus, qui finitis epulis, eū  
ad se introduci præcepit. Introducto, quid, in-  
quit, tibi visum est, vt contrā militarem disci-  
plinam te discingeres, & balteū ac vitē pro-  
ijceres? Reſpōdit Marcellus: Iam die duodeci-  
mo Kalendarū Augistarum publicē me Chri-  
stianum esse clara voce testatus sum; & huic  
dein*

deinceps sacramento militare non posse, nisi *tesmilites*  
Iesu Christo filio Dei Patris omnipotētis. For- *animaduer-*  
tunatus Præses, Tuam, inquit, temeritatem *tebant.*  
istam dissimulare nequeo, ideoque ad domi-  
num meū Aurelianum Agricolaum trans-  
mitteris.

Igitur die tertia Kalendarum Nouembrium  
Agricola præfecto prætorij oblatus est: & ex *Dicitur vin-*  
officio recitatū: Miles hic, reiecto cingulo mi- *itus ad Agri-*  
litari, Christianū se esse testatus, coram omni *colaum præ-*  
populo in deos & Cæsarē multa blasphema lo- *fetum.*

cutus est. Tum Agricolaus, Quo furore, inquit,  
tu sacramēta projcere, & talia loqui ausus es?  
Respōdit Marcellus: Furor nullus est in eis, qui  
timent Dominum. Agricolaus dixit; Singula  
hæc locutus es, quæ actis præsidialibus cōtinē-  
tur? Marcellus respōdit: Locutus sum. Et Agri-  
colaus: Proiecisti arma? Proieci, inquit, Mar-  
cellius: Non enim oportet Christianum homi- *Hæc dicit se-*  
nē molestijs militare sacerdotalibus, qui Christo *cūdum illud*  
militat. Tunc Agricolaus mortis eum reum es- *Apostoli*  
se dictauit: quod abiecto publicè sacramento, *2. Timot. 2a*  
insuper apud acta præsidis, verba furoris plena *Nemo mili-*  
depositisset. His dictis: gloriōsus athleta Chri- *tans Deo,*  
sti, capite cæsus occubuit. *irplicat se*  
*negotijs sacer-*  
*cularibus.*

MARTYRIVM SS. ZENOBII ET ZE-  
nobia sororis eius: Ex eo quod est apud Meta- *Vide Baron.*  
phraſten. Paſſi sunt anno Christi 285. Caſi Pap. *Annal. Tom.*

2. Dioclet. Imp. 2: *2.* 30. Octob.

A EGAE ciuitas est in ſinu Ionico ſita, à Patria &  
Cilicib. culta; in qua Zenobius, eximia parentes co-  
virtute ac pietate vir, ducta in matrimo- *rum.*  
niū Tecla patrui ſui affine, Zenobium filium,

A a 4 filiam-